

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
MEDICA
DE
RITE AESTIMANDA OPII
VIRTUTE IN FEBRIBVS
ET
MORBIS INFLAMMATORIIS

QVAM
CONSENSV ATQVE AVCTORITATE
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

IN
REGIA FRIDERICIANA

PRO
SVMMIS IN MEDICINA ET CHIRVRGIA
HONORIBVS ET PRIVILEGIIS LEGITIME OBTINENDIS
ERVDITORVM CENSVRAE SVBMITTIT

AVCTOR
B E N E D I C T V S B O E H M
BEROLINAS.

DIE XIV. DECEMBR. MDCCCLXXXIV.

HALAE
LITTERIS IOA. GOTTE, HELLERI.



DISSESTITATIO IN VAGABANTIS
A MUSICA
RITUE ALIMENTANDA OPNI
VIRTUTE IN FERRIBAS
ET
MORBIS INTLAMMATORIIS

DAVIN

CONSENSU ATOAE VACOTITATE

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS



7 WA 1367

DEIN E D I C T A B O R N I

EDITIONES

DIC ZINNIEGEMAR MEDICINA

HALAE

IMPRESSIO AD GOTTU HERRE

VIRO EXPERTISSIMO,
DOMINO M. BOEHM,

MEDICINAE DOCTORI CLARISSIMO,

PARENTI SVO OPTIMO,

HANC OPELLAM,

FILIALIS OBSEQVII TESSERAM,

OFFERT

qui vobis amissum illud ex a Greco et ab Aliis
bus, sed in actis quoniam vobis credo, optime ac bello
etiam cum foecula, nubilicula esse. Ex hoc libro
qui excepimus pharmacorum infermarum, ergo, inquit
hunc reportem edere hoc procula praeponere conatur
proferre, ut in eorum rebus, quid exhibentur. At huius
modi sunt, ut cum fisi et tales videntur, non possint
aut libere dicuntur. Neque plane rurum sit, vobis me-
dicinas nos predicas. Ihesus predictabilis, cum dicitur

FILIVS OBEDIENTISSIMVS.



ALIO EXQUISITISSIMO

DOMINO M BORHIN

MEDICINAE DOCTORI CIVILLISSIMO

LAURENTI SAO OPTIMO

HANC OTELLAZM

LITERIS OSSEGAN TESSERIAN

OITELA

LITERIS OSSEGAN TESSERIAN

~~SCALARIA ET ALGOMACHA TONICO AC M~~ iudicatio illi bellum
obligando ab idcirco impunita etiam inimica est. Non
cum iudicatio distinguitur. Ne potuisse se colligit. Et si ergo
ab iudicatio contraria est. In hominibus manifestis illis morib
non. tumillimi manifesti sicut non haec possit esse nisi
ocidit. sed. **I**psorum hinc. Iudicatio hoc diligiv. nonne multo
et rite. id est in bellum manifesto imp. libet manifestis.

Sane vix antea, ait illustris TRALLE斯 in eximio opere de Historia opii
opii usu salubri et noxio,¹⁾ a neotericis in febrium acu
tarum medicatione adhibitum est opium, quam ex quo mar

bus acutis.

lignitas in medicinam irrepit. Veteres enim opii usum ad
chronicos unice morbos restrinxere, nullibi in acutis. **G**A
LENUS ipse, quem per tot secula medici fecuti sunt, Theriacam
nullibi contra febres continuas sed saltet ad chronicos
superandos effectus idoneam declaravit. Vehementer autem
miror, quoniam jure, vir ille de arte salutari optime meri
tus, doctrina singulari ac solida insignis, pharmacum illud tam
a GALENO quam ab aliis claris medicis usurpatum, in acutis
esse neget. Adsum bene multa scripta, quae nobis sat super
que declarant, papaverinum illud et a Graecis, et ab Arabi
bus, tam in acutis quam chronicis morbis, optimo ac fel
icissimo cum successu, adhibitum esse. **G**ALENUS²⁾ in libro
qui compositio pharmacorum inscribitur, organum, inquit,
hoc soporiferum etiam sine myrra praeparare consuevi,
praesertim, vbi in acuta febre tale quid exhibetur. At si,
inquit alio loco,³⁾ cum febri una talis dolor incidat, iis The
riacen bibere licet. Neque plane mirum est, **G**ALENUM me
dicamen hoc praesente febre praescripsisse, cum frigidum

¹⁾ S. 2. p. 73.
²⁾ lib. 8. p. 382.

³⁾ lib. 13. p. 158. de methodo
medendi.

illud esse contendat. Non aliter ALEXANDER TRALLIANUS.
 Quodsi his administratis, inquit, capite ubi de phrenitide
 agit, 4) vigiliae et alienationis symptomata perseverent, dato
 ei potu medicamentum, quod a papaverum capitibus dia-
 cadiion graeci appellant, ad omnia futurum utilissimum. Non
 solum enim vigiliis sed etiam febri medetur. Nec Arabiae
 defuerunt medici, qui organum illud in morbis dolorificis
 febri junctis usurparent: ut loco omnium clarissimum RHA-
 SEN,⁵⁾ nominem, qui se Galeni auctoritate, hoc medicamento
 usum esse dicit. Commune vero prafidum est, ait, magnus
 ille vir de doloribus colicis differens, si res urgeat ad narc-
 otica confugere, et aliis interjectis, cum vero dolor super-
 rat et febris crescat narcotica exhibere expedit. Sicque a va-
 riis, variis in morbis acutis applicatum fuit, prout ex me-
 dicinae historia sat dilucide constat. Hoc quidem verum est,
 medicamen illud ex papaveris succo paratum, nescio quare
 sequenti tempore in acutis medendo morbis, vere a medi-
 cis neglectum esse, (num forte sopiaens hoc remedium cale-
 faciens esse putarunt et ea propter morbis interdixerunt ca-
 lidis? donec magnus ille practicus SYLVIUS, viam denuo stra-
 vit. Magno enim aegrotorum damno papaverinum hoc, in
 acutis morbis neglectum ab imperitis queritur, utut aerate
 sua et multorum praxi, sed infeliciter instituta gloriantibus
 medicis, id est senibus magis quam peritis, omnemque na-
 vabat operam ut usum organi laudati ad miserorum lectu-
 los restitueret. Mira enim se vidisse dicit, de hujus medi-
 camenti actione in ipsa febri ardente biliosa, ubi dolor, delirium,
 et vigiliae aegrum valde cruciarent; febrem enim si-
 mul cum hisce symptomatibus a narcoticis mitigatam esse.
 Et alio loco ubi de opiatorum usu in sedandis doloribus fe-
 bri

4) l. i. p. 147. lit. D.

5) p. 393.

bri complicitis loquitur: Nullus ait,⁶⁾ ab his (opiatis) est metus sicut saepius monui, si medicamenta, quantitate parva, saepius usurpentur, et quidem tamdiu donec notabiliter minuantur dolores. Et alibi, in genere inquit, coercent praem multis aliis humorum efferuescentiam, id est antiphlogistice agunt. Auctoritate hujus viri suffulti, praecipue vero felicissima praxi et experientia sylviana edocti, plurimi medicorum, hoc medicamen in acutis tollendis morbis applicuerunt; propria denique experientia experti, antecedentium hujus medicamenti negligentia obstupuerunt; omnes, uno quasi ore, virtutem fere divinam concelebrarunt. Audiamus ideo WILLISIUM.⁷⁾ Cum in febribus inquit cordis et pulmonum motus intensiores facti sanguinem rapidissime circumgant, tum quoad accensionem, tum crasin suam valde pervertatur ac recrementa sua penitus incocta secernere nequeat, a narcotico exhibito partium illarum impetus non nihil refringantur, ita ut sanguis mox leniter et temperate circulatus calorem minus intersum diffudat, cruoris febriliter aestuantis ebullitionem immodicam reprimunt, ejusque accensionem nimiam imminuunt, fluctus denique omnes, quacunque fere de causa in corpore nostro excitatos felicissime sedant. Eadem fere sententiae adhaesit WEDEL.⁸⁾ Nec temere ait interim nec timide se gerere oportet medicum dum opiate in febribus praescribit: et aliquibus interjectis, afferente RIVERIO, in continua, ait, maligna non solum casu desperato, ubi aeger jam per aliquot dies delirabat et flocculos legere videbatur, sed etiam in principio vel morbi augmento, laudanum opiatum, optimo ac felicissimo cum successu se dedisse, LINDESTOLP⁹⁾ de venenis, eandem

A 2

fere

6) p. 864.

8) epilog. p. 99.

7) Pharm. rat. Sech. 7, C. I, p. 148,

9) p. 667.

fere sententiam animo infixam tenuit, in morbis inquit, aeu-
tis, et febris calidis ac impetuosis, et cordis sufflaminanda
contractione, quantum opii justa dosis auxilii saepe attulit,
miramur stupidi. **BORICHIUS**¹⁰⁾ de somnis et somnife-
ris, opium post summa elogia inter medicinas refert anti-
febriles quae Θεων χριστος appellantur. Magnus ille an-
glorum Hippocrates, divus **SYDENHAMMUS**¹¹⁾, Deum, ait
omnipotentem non aliud remedium, quod pluribus malis par-
sit, vel eadem efficacius extirpet, humano generi in mife-
riarum solamen concessisse, quam sunt opiate, et aliquibus
interjectis, quinimo, pergit, ita necessarium est in hominis
periti manu, organum jam laudatum ut sine illo manca,
denudata sit et claudicet medicina. **BONTIUS**¹²⁾ frustra affir-
mat in calidissimis his (Indiae) regionibus, et in febris ar-
dentibus medicinam exerceri, si nobis hic opiate non essent
perspecta, et alio loco, in febris, quae tanto plerumque
furore Indos inuadere solent, ut eos tanquam attonitos de
ratione mentis statim dejiciant et saepe intra paucissimos dies
immo aliquando horas cum perpetuo delirio, perpetuis vi-
giliis e vita rapiant, ad laudanum unice confugiendum. Ad-
sunt adhuc plures, ut **ETMÜLLER**, **GEOFFROY**, qui, opium
tanquam remedium antifebrile, quod sanguinis motus effe-
rios compescat, commendant. An vero medicamen hocce
efficax tali gaudeat vi antifebrili infra prolixius perscruta-
bimus. Ast videndum primo, an omnes clari viri de opii
usu in febris ita sentiant. Longe vero aliter dijudicavit
STAHL cum suis asseclis, qui adeo sinistre, et abjecte, de
opii vi cogitavit, ut medicamen illud fallax, et infiduum,
aperte denominaret, cumque, ut neminem fugit, animam
di-

¹⁰⁾ §. 31. ¹¹⁾ oper. S. 4. C. 3. p. 230. seq.

¹²⁾ med. indor, in not. ad Garc.

directricem, ac conservatricem, corporis humani esse rationis stabilitate suis annis est, et ipsos motus vehementes ac symptomatica diriora ad superandum morbum requiri, eosdem vero exhibitis opiatis impediri ac supprimi contendit, eamque ab causam palam in dissertatione sua de impostura opii, omnem movit lapidem, dum nec empirica nec medica manu praescribendum esse opium dicit. A preeceptore, ne hilum quidem discedunt discipuli, defensores ac affectatores, omnemque navarunt operam, pharmaco illi ex medicamentorum panario, excludendo ac detrudendo.

Novissimo vero tempore, pristina ejus administratio, praesertim in febribus inflammatoriis aucto strepitu resonat. Iam dudum **H E Q U E R T U S**, solidis et certis adstruxit principiis, dum inter alia simul dicit, in febribus acutis inflammatoriis, opia in earum principiis, maximo cum emolumento adhibui. Huic sermoni, magnus ille Italus **S A R C O N E** et clarissimus **W I T H E R S** calculum suum non denegant.
 non biop bonitatis illiusq; eius intramuris o; x; g; g; or
 xim Si adeo ad extrema deflexere reipublicae medicae proceres et viri graves, quid mirum, medicos mediocris ingeni, et tirones in arte medica sic vacillare, et efficacissimum remedium aut plane evitare, aut proh dolor! liberaliori manu porrigeret. **Nimis**, mihi sumississe videbor si judicem an rite senserint allegati boni viri, ast ad analysin opii et modernam febrium theoriam configiendum, tuuc ex dictis perscrutabimur, an opium conveniat hisce morbis nec ne?

§. 2.

Opii vires.

Substantia resimosa - gummosa, coloris bruni, saporis nauseosi, calidi, amari, odoris viroli, in aqua ex parte solubilis, quae ex capsulis capitum papaveris nigri, aut albi, scapis vulneratis, forma liquida emanat, solis aestu, ad succi speciem inspissata et coagulata, opium audit purum. Sunt qui ejus vim in sulphurea quadam parte ponunt, ut WIL-
LISIUS¹³⁾ et QUERETANUS. Wedel¹⁴⁾ pari sulphureae adhuc sal volatile quoddam addit. Idem fere sentit THOM-
SO¹⁵⁾ ET PITCARN. Non aliter GEOFFROY¹⁶⁾. Ego ve-
ro nil controversiis istis clarorum virorum opponere ausim,
at queritur, annon istud sal volatile, quod clari viri detexisse
se, gloriabantur, potius vi ignis productum quam natum
sit in sincero opio? et tantomagis, cum ill: NEUMANNUS¹⁷⁾
vir in chemia versatissimus multis libris opii, ne granulum
quidem salis volatilis inesse affirmet, et si denominati che-
mici, pergit laudatus auctor, vehementi destillatione et aper-
to igne, ex eo obtinuerunt salis volatilis et urinosi quid, non
eduxerunt illud, sed composuerunt, tanquam novum mix-
tum, quod sincero opio, nunquam affuit. HALLERUS, TRAL-
LES, ALSTON, et LUDVIG, actionem hujus medicamentum in
corpore animali, vini similem ponunt. Ill. c. A. MURRAY in
apparatu medicaminum, omnium praecipua in opio, ait, est
volatilis et graveolens pars, et aliis interjectis, nec posse ef-
fectus opii in corpore animali tam celeres esse, nec tantos
ab exigua mole, nec defervere effectus diu ante quam pi-
lula opiate evomeretur, nisi dependeret a particulis subtilis-

¹³⁾ Pharn. rat. S. 7. C. I. p. 117. mal. in genitis et non genitis,

¹⁴⁾ I. c.

¹⁵⁾ dissert. de circulatione ani-

¹⁶⁾ I. c.

¹⁷⁾ lect. de opio p. 109.

simis, quae vim longe prius exerceant, quam opium solutum, massae sanguineae sese insinuare possit. (Nonne hiece vomitus a sola irritatione fibrillarum ventriculi derivari posset?)

Quantum vero dissentiant viri magni, in parte efficaciori organi jam laudati, tantum etiam discrepant inter se respectu phaenomenorum, quae pharmacum illud in corpore vivo pro-
ducit. WILLISIUS ¹⁸⁾ opii ait, energia multo parcus et dimi-
nutius in praecordia, viscera immo in quascunque alias par-
tes dispensatur, hinc pulsus de vehementia et crebritate sua
remittit, et nonnunquam debilis evadit. Huic Sententiae af-
sentitur ET MÜLLER ¹⁹⁾ dum afferit opium, sanguinis redi-
tum sedatiorem reddere, hinc pulsum fieri rariorem et tar-
diorem. Non dissentit ab hoc magnus ille HOFFMANNUS ²⁰⁾,
qui opiate motus vitales, cordis nempe et arteriarum valde
sistere, et circulationem sanguinis debiliorem reddere affir-
mat, et alibi ²¹⁾ in genere stupefactiva, sanguinis circuitum
languidorem efficere, et ab opiatis in specie haud dubia
experientia teste, pulsum languidum, depresso, sedatiorem
ac parvum fieri dijudicat. Clarissimus RICHTERUS ²²⁾ pae-
ter opium, inquit, et venaefectionem vix dari ullam me-
dicinam, quae certior et velocior motum extinguat vitalem.
Sunt adhuc plures ut HECQUETUS, LINDESTOLP, HEBENSTREIT,
qui uno quasi ore opium cordis systolen temperare conser-
vunt. GEOFFROY in materia medicinali l. c. organum illud
justa dosi exhibitum, animum ad hilaritatem promovere,
curas ac moestitiam removere, saepe animum ad sua munia
obey.

¹⁸⁾ l. c. C. i. p. 183.

¹⁹⁾ l. c.

²⁰⁾ differto de opiatorum mecha-
nica operandi ratione s. V.

²¹⁾ med. Syst. Tom. 2. p. 2.

C. 7. §. 3 — 4.

²²⁾ differt. de salutari frigoris
et. c. p. 16.



obeunda, alaciorem ac vegetiorem reddere affirmat, unde audaciam, sui fiduciam, fortitudinem, magnanimitatem et periculorum contemnum, quinimo ut supra jam monimus, sal volatile ut partem efficacissimam, opio inesse sibi persuasum habuit, nihilominus sanguinis et spirutuum motus efferos compescere scripsit. Tantam autem in opio vim sedativam autumat DEGENERUS, ut ad universum febrium exercitum in sanguine fere omnia sursum et deorsum miscerent, prodeesse pharmacum illud contendat, quod in continuis, impetus ferociores reprimere ac refrarenare, immo motum ita simpliciter in corpore inhibere possit, ut ne ulla quidem sensibilis mutatio vel corruptio physica animadverti queat, praeter eam, quam ex simplici defecitu motus sanguinis circulatorii sequi oportet. De CORTER, dum in compend. med. de aucto humorum motu loquitur, si is, ablato, inquit, stimulo permanet, quies narcoticis remediiis imo opiatis est inducenda. Addo adhuc sententiam ALSTONI et WHYTII²³⁾ qui solutionem opii, ranae ventriculo injectam, cor quadruplo minore celeritate, ac antea moueri affirmant. Sunt fere plurimi Auctores qui opio, vim cordis acceleratam et increascentem minuendi, unanimiter adscripsere. Quis, tot tantaque clarorum virorum auctoritate allegata, nunc sibi non lubentissime persuadebit, pharmacum illud verissime vi gaudere sedativa? Quis nunc non occasionem arripier, remedium tale antiphlogisticum omnibus in febribus, vbi sanguinis motus nimis auctus, liberaliori manu praescribendi?

Ast videndum nunc est, an vere omnes denominati magni viri hanc de opii vi et actione in corpore animali sententiam constanter ubique sequantur, vel an sibimet ipsi

interdum contradicant, et annon plures adsint, qui solidioribus et accuratiорibus perstrinxerint principiis, medicamen illud papaverinum ē contrario, sanguinis motus augere ac accelerare? De GORTER, qui, ut supra monuimus, vim opio sedantem, magna cum fiducia, magna cum certitudine esse aperte contendit, alibi narcotica, et opiate ad ipsum humorum quantum augendum facere dicit. LINDESTOLD²⁴⁾ certissime suorum verborum immemor fuit; nam opium, inquit, vires corporis augere et furorem quendam inspirare non dubito affirmare; et alibi: somni porro causa interna esse potest, opium enim sanguinem et vasa sic adficere valet, ut ex aucto canalium et sanguinis per universa, motu, vasa distendantur omnia, et sanguis sic cum imperu in piam meningem deferatur. Plura adhuc proferre possem loca, ubi laudati viri contra se ipsos tela arripiunt, nisi hoc in campum nimis amplum me deduceret.

Non desunt vero Reipublicae medicae viri clari et magni, qui cordis et motus, ab opio sumpto, sanguinis et circulationem auctam, tam in se ipsis, quam in aliis accurate et stricte observasse, dictitarunt. Magnus ille in foro medico clarus et cordatus BOERHAVE, in aphorismis de cognoscendis et curandis morbis, opium inquit, motum auget circularem. Ab opio, verba sunt celeberrimi FREIND²⁵⁾ validius se contrahit cor, unde vividior sanguinis circuitus, impetu cordis per opium fortiore, augetur etiam ad vasa humorum plenitudo, utraque de causa excitatur pulsus. Idem fere sentiunt HEISTER²⁶⁾ THOMSON²⁷⁾ ET PITCARN,²⁸⁾ BORDEU²⁹⁾ mani-

fe-

²⁴⁾ I. c. p. 592.

²⁸⁾ dissert, de circulat. animal.

²⁵⁾ Emmenolog C. 14.

in genitis et non genitis.

²⁶⁾ Compend. med. pract. Cap. 19. §. 2.

²⁹⁾ Recherches sur le pouls. Tom.

²⁷⁾ dissert, de opio p. 120.

2. p. 107. ed. 2.

festum, ait, una cum velocitate pulsuum arteriam magis ab
 opio expandi. Non aliter summus HALLERUS: nam in semet
 ipso observavit, pulsum opio per clystma injecto, magis ma-
 gisque crescere et ascendere. Et ut loco omnium illustr.
 TRALLES nominem, qui omnes illos viros, qui opio vim se-
 dantem et refrigerantem tribuunt, deceptos esse contendit.
 En eius verba, ego vero, ait disertissimus ac egregius me-
 dicus, omnes illos clarissimos viros, nisi asserta sua debitis
 conditionibus inclusa et limitata velint, minus recte sentire,
 observatione jugi, et nunquam fallaci convictus fui, quories
 pulsum opio exhibito vere increscentem et celeriorem red-
 ditum, attente proprio digito exploravi; eos, pergit laudatus
 auctor, qui opio vim sedantem tribuunt ea propter deceptos
 credo, quia opium mediocri etiam praebio porrectum, post-
 quam antea vitale flumen celerius projeccerat, tandem languo-
 rem circuli, finita sua operatione relinquit, id quod fere
 semper accidere solet, quando in corpore nostro, qualicunque
 de causa ultra naturalem celeritatem evectus pulsus, ipso
 suo cursu fessus tandem quasi redditus est; deinde quoque
 ea propter hallucinati sunt, quia doses majores temeraria
 manu porrectae, aut plures crebro nimis exhibitae, postquam
 perniciosissimos ictus pulsuum ab observatoribus non satis
 attentis praetervisos excluderunt, tandem brevi ante mortem
 ipsam, vel in vitae periculo ad quod hominem adduxere,
 pulsum exilem et tardum post se trahunt. Omnibus hisce
 sententiis, et clarissimorum virorum opinionibus, tam variis et
 inter se mirifice discepantibus ac dissentientibus, allegatis,
 licet, quid et ego, de opii vi et actione in corpore animali
 sentiam brevius exferere. Duplici ait illustr. MURRAY 39) in eximio libro nuperrime edito, pharmacum illud gaudere
facul-

39) App. med. V. 1. p. 231.

facultate, altera qua stimulum exerceat, altera qua sensum obtundit, motusque fibrarum pacat. Praecedit illa hanc posterius dictam, attamen, addit vir illustris pro natura morbi, altera virtus praे altera magis sese effert, id est respectu morbi genii, ac indolis, corporis structuræ, ac dispositionis. Verum enim vero quaeritur, annon duas haec facultates una ex potentia elici possint? et duplices inter semet ipsos diversi opii in corpore animali effectus, potius ipsi corporis dispositioni et nervorum actioni quam opio tribui possint? Sed tantum absit ut huncce modum agendi enucleare ausim. Hoc tantummodo monitum volo, remediorum stupefacentium actiones in corpore animali, non tam claras ac determinatas esse, uti primo intuitu crederes. Multa adhuc ibi latent, quae evolvere, et locus et virium debilitas mearum prohibet.

Antequam ad ipsum opii usum in febris inflammatorii progrederi, status corporis aegroti, febre laborantis inflammatoria brevius exferere liceat.

§. 3.

Inflammatoria laborare febre is dicitur, qui afficitur, Febris impulsu celeri magno et duro, oculis rubris et inflammatis, rubore faciei, vigore et robore in omnibus functionibus, dolore in toto corpore diffuso ac magis molesto, lingua arida et sicca, siti immodica, alvo fere semper adstricta, urina rubra, cute arida, calore totius corporis aequo diffuso, semper pulsui respondentem, non mordaci. Accedit plerumque ad haecce symptomata, constitutio robusta, vegeta ac sensilis, anni tempestas, epidemiae genius, vitae genus. (Loquor hoc loco de febre inflammatoria simplici κατ' εξοχην, sine omni com-

12

complicatione, aut topica inflammatione, ubi pulsus semper celer, magnus et durus invenitur: aliis est pulsus febris inflammatoriae topicae cuidam inflammationi junctae, v. g. in peripneumonia, ubi mollis, saepe parvus est et contractus, uti in omnibus fere infimi ventris inflammationibus). Duo in febre inflammatoria simplici inveniuntur stadia, alterum irritationis, alterum coctionis stadium sic dictum. In priori, omnia symptomata diriora evadunt, crescunt magis magisque, donec in criseos stadio, natura materiem crudam vi febris mutet, ut illa per sudores, lotium et caet. corpore ejiciatur, aut per metastasis uno in loco deponatur: sed in hac febre inflammatoria stadium coctionis non semper adesse, necesse est. Remedia in genere his febribus maxime inservientia sunt, si alias morbi principio accedat medicus, vanasfectio larga, clysmata, diluentia, purgantia antiphlogistica et sic porro.

§. 4.

Ejus Cura.

Quaeritur ideo, cuinam febris stadio, an irritationis, an coctionis opium conveniat? Illust. TRALLEI l. c. papaverinum illud in sanandis febribus inflammatoriis, in genere remedium non solum insecurum et anceps, sed audacter noxiūm vocat. Sane mihi sancta summi viri auctoritas est, atramen mox uno, mox altero febris stadio opium convenire puto, si modo ad gradum febris ejusque causam respiciamus. Quendam ponamus laborare febre inflammatoria, a causa qualicunque orta, si febris stadia percurrens nec gravis evadat, nec symptomata appareant diriora; hoc in aegro papaverinum illud non requiri, lubenter concedo, noxiūm tantummodo hoc in casu, si febris resolutionem cuiusvis causae in corpore latentis promovere valeat; at forsitan quoque omnia

nia remedia ad ipsam debellandam? Non vero ita res sepe
 habet, si febris valde urgeat, crescat magis magisve, accedant
 symptomata gravia, quae quidem nunc effectus, mox vero
 ipsa febris causa evadunt. In corpore juvenili v. g. ubi ro-
 bur, vigor et firmitas solidorum summa conjuncta adest, cum
 sensibilitate ac irritabilitate vegeta, a causa quadam occasio-
 nali, a motu nimis vehementi, oritur circulatio aucta, solida
 a nimio sanguinis impulsu irritantur, ac vasa constringuntur,
 sanguis condensatur, dum ab motum vehementem, humidiora
 dissipantur, profunduntur serosae, gignendo morbo favet
 dispositio naturalis ac plethora; en prima causa, morbus for-
 matur, et nunc adsunt omnia supra denominata symptomata,
 ardet aeger, functio vitalis summa, et sic porro. Si morbi
 principio, antequam in pejus ruat, venaesectio instituantur lar-
 ga, iteretur et secundum effectus ac symptomata vehemen-
 tiā triplicetur, haustus aeger multum potus, ut sanguis ni-
 mis densus dissoluyatur, observat diaetam quam maxime anti-
 phlogistica, purgantia leniora et clysmata alvum moven-
 tia porrigitur, omnibus his peractis symptomata evanescunt
 et aeger priori gaudebit valetudine. Tali modo, si irri-
 mentum, ut causa morbi proxima, non in corpore sit geni-
 tum, tales producet effectus, cura una eademque permanet.
 Sin vero, adhibita curatione modo descripta, symptomata per-
 durent, et nunc quidem, irritabilitate praeternaturali, ipso
 morbo genita. Qualiscunque causa etiam minima acciden-
 talis, provocabit, stimulando nervos valde acutos et sensiles,
 saevos effectus, simulque novos ac vehementiores excitabit
 insultus febres. Nonne, sive sit resolutionis, sive irritatio-
 nis stadium, ad symptomata, ista et ipsissimam febrem de-
 bellandam opio indiges? Venaesectio et fere tota cura anti-
 phlogistica debilitando, dispositionem morbificam simul-
 que

que ipsum morbum augebunt. Actum erit de sanitate vix recuperata, nisi quam celerrime cohíbeamus, ne a perdurante irritamento sensorium commune et nervi totius corporis stimulentur. Modica dosis opii inhibebit irritamenti actionem in nervos, obnubilabit ac demulcebit nervorum acutatem, placidamque procreabit quietem, quae aegro summae erit utilitati. Vide itaque opium in sanandis febribus inflammatoriis, nec semper remedium esse infecurum et anceps, nec noxium. Sed infra hoc de re prolixius. Constat ex dictis, tunc praeccipue medico prudentiori in sanandis febribus inflammatoriis, ad sopiaens istud remedium confugendum esse, nisi irritamentum, tanquam febris causa eliminari possit corpore, tunc dico medici est, remotis removendis, opium praescribere. Etiam illi, TRALLES ad febres contendat, et inflammationis ingenium pertinere viscidum obstruens *), celeritatem, motum, et a celeritate pendentem calorem, et rarefactionem atque a sumpto opio motum accelerari circulatorium, quid igitur fiet motui jam per morbum accelerato? Fiet et prohibebitur opio, ne motus augeatur circulatorius, dum irritamentum morbi causa, organi hujus actione coeretur. Plethora itaque ablata, alvus per Clysimata soluta, robore functionum et vigore corporis minuto, omnia tunc ab irritabilitate et sensibilitate nimia sunt metuenda, quae nunc tanto major adeat, quia vi morbi valde debilitatus est aeger. Inde ait clariss. WITHERS ³¹⁾)

Iam

*) Non loci est, hic enarrare ad inflammationis ingenium non semper pertinere viscidum obstruens. BAGLIV de fibra motrice p. 357. et de GORTER p. 293. in chirurg. reformat, inflammationem a crispatione vasorum irritamento

ortam, oriri posse demonstrarunt, quanique etiam theoriam sumimus WHYTTIUS nomine asciulatione vasorum nuperrime excoluit,

³¹⁾ Observat. circa usum medicam. p. 297. edit. germ.

Iam supra monuimus, (sect. de opii usu) debilitatem ad producendam praeternaturalem irritabilitatem, semper prae-disponere. In hisce casibus opium requiritur, ad tollenda nempe symptomata, quae a nitia dependent irritabilitate.

Alius adhuc casus existere potest, si nempe febris inflammatoria, mechanico quodam irritamento orta, v. g. a vulnere, ubi opium cum utilitate adhiberi potest, et qui-dem ab initio irritationis stadii; sed hac de re infra. Cave, vero, ut in omnibus febris inflammatoriae speciebus, quae ab irritamento dependent, ab opio annilium petas, saepius enim acciderit, ut spasmus iste vasorum, et dolores illi cruciantes a causa irritante dependant, sine ulla mora corpore ejicienda, et ubi adhibito opio, fortiores evadant. Percautus sis et accuratissime rem perscruteris velim, opium est, quod aegroto praescribis, opium dico, et medicamentum tale efficax sine sufficiente causa paebere nil aliud est quam ludere de cario humano. Hae sunt, uti puto fere causae, quae opii applicationem in febre inflammatoria simplici requirunt, ad inflammationes febri junctas nunc progrediar.

§. 5.

Cerebri inflammatio aut a laesione externa, aut a mate. Cerebri inflammatio,
rie quadam retropulsa, aut corpore genita ibique dejecta,
quae ipsam cerebri substantiam irritat, originem dicit suam.
Decursus hujusce inflammationis idem fere est, qui in om-
nibus inflammationibus occultis. Signa inflammationis essen-
tialia plane desunt, ac si quae adsunt, atamen fallacia et in-
secura. ³²⁾) Cerebro v. g. contuso, nullis cruciatur aeger
affectibus febrilibus, nullus adest calor, nullum delirium, op-

³²⁾ conf. Wienholt diss. de infl. occult.

¶

time sese habet aeger, tranquille et placide dormit, nullas fere accusat molestias; aliquor diebus post, perturbatur miser febricula, pulsus quidem celer, minimie durus, calor nulus ne sensus quidem ullius doloris, subtristis ac timidiusculus, modo evadit aeger. Venaefectione instituta ac iterata, pulsus permanet celer ac irritatus, purgantibus lenioribus adhibitis, pulsus permauet unus idemque, et ne hilum quidem descendit. Die fere decimo, laesione facta conqueritur aegrotus de dolore capitis obtuso, praecipue laesiones loco, dein somnolentus evadir, et haec somnolentia, cerebri inflammationem jam jam in suppurationem transisse, simulque pus cerebro inesse declarat, et nisi quam celerrime auxilium afferamus, una vice sopori membra dat aeger perpetuo. Ex supra recensitis constat, etiam si ex praecedentibus cerri simus, cerebrum esse inflammatum, nihilominus opium non ingredi. Nulli adsunt spasmī nec dolores nec impulsus febriles efferi. Curatio longe alia est. Si principio morbi aegrum accedamus, omnis navanda est opera, ne inflammatio crescat, et in suppurationem transeat, ideo venaefectiones largae sunt instituendae, cucurbitulae ac hirudines capiti applicandae, immo saepe arteriae temporalis sectio est admittenda, externe fomentationes frigidae, sicque forsan aegrum ab instantे periculo liberare valemus. Sin vero jam statusoporus adest tunc rei pro conclamata haberi licet, trepanatio, unicum est auxilium, ut pus auferamus. In quoconque igitur morbi stadio nunquam opium admittendum est.

§. 6.

Ophthalmia. Ad aliam inflammationem ad ophthalmiam tunc transfeo, ubi majori cum fiducia, auxilium ab opio exspectare possis. Veteres quidem, ut GALENUS et DIOSCORIDES phar-

pharmacum illud jam usurparunt, attamen opium hic magis nocere quam prodesse affirmarunt. Aliter vero Arabum medicorum princeps, celeberrimus AVICENNA³³⁾ de opio loquitur: sedat, ait vir magnus, opium in mulierum lacte dilutum, dolores ophthalmiae, ac ejus apostemata; attamen, addit, antiquorum plures non fuerunt eo usi in ophthalmia, propter nocumentum, quod visui affert. Recentiores vero, plurimum papaverinum illud attulisse auxilii gloriabantur. In oculorum inflammatione, inquit magnus ille Archiater clariss. BOER HAVE³⁴⁾ opium additur collyriis, non saltem quia sopit, sed quia ob amarorem mirifice dissolvit. Alteram opii facultatem, qua nempe laudatus auctor humores stagnantes dissolvi et aperiri dijudicat, plane non nego, attamen minus morbi genio adaptatam esse credo. Major opii utilitas in ophthalmia acuta, ex vi pacante fluit. Post venaefectiones largas, opium tam topice, quam interne, applicatum dolores sedat, simulque pervigilium inde natum tollit. Illustris TRALLEZ, nescio quare papaverini hujus usum in ophthalmiis acutis plane negat. Non ergo, l. c. air, opium dictum est, solvendis obstructionibus acutis phlogisticis, sed lentis chronicis magis convenire, ubi simul aucto circulo opus est, nam attenuat et simul circulum auget. Lubenter concedo organum hoc soporiferum aliquatenus, quandam in ophthalmiis chronicis proferre valere utilitatem, ut Warner in remarques on the ophthalmic, observavit aliquot guttulas oculo instillatas ophthalmiam sanasse. Cave vero ne omnia ab opio exspectes, abstine, si ter quaterve frustra attulisti, majori enim dosi adhibitum, motum sanguinis circulatorium valde auger, et vasa impulsu, et vi sanguinis in parte ruentis debilitata

³³⁾ T. 2. L. 2. C. 526. ³⁴⁾ de morb. oculorum p. 55.

magis magisque expanduntur, et inflammatio creatur acuta. In ophthalmia chronica plerumque adstringentia, praecipue hac specie, cui opium Tralles commendat, tam interne quam externe sunt applicanda, ut vaſa valde relaxata tonum acquirant priorem. Longe aliter in acuta, v. g. in celophthalmia aut chemosi, non sanguinis stagnantis solvendi causa, sed eapropter applicari mallem, ne dolor vehementis inflammationem augeat, delirium producat, ac per vigilum exciter: inde ait clar. WITHERS³⁵⁾: In ophthalmiis opii uſum, rigor modo dolorum, ac insomnia ſvadere poſſunt. Haec postulant interdum ſymptomata, ut, praemissis debitibus evacuantibus, opio, ſequelas aegro periculofißimas, eumque vehementer turbantes, inhibeamus. Cumque haecce inflamatio perraro in ſuppurationem excedat, eo magis ad opium conſigere licet, quia argani hujus vires ſuppurationi faventes hic pauci valoris ſunt; contra, pharmaci hujus uſu, dolore lenito, sanitas totius corporis conſervatur, et requies prodiuit placida, quaē oculo inflammatu, praecipuo uſui eſt.

§. 7.

Angina. De opii administratione in angina inflammatioria paucifirmi auctores extant, qui sat distincte locuti fuerint. Celeb. WITHERS eo loco, ubi de opii uſu in topicis inflammationibus agit, nonnihil de angina mentionis facit, at loquitur de angina quadam maligna (ulcerous sore throat) ſymptomate ſcilect febris putridae ac nervosae, itemque de alia membranacea (croup) non vero de angina inflammatioria. Ingens jam quaestio oritur quam quidem mea nolim decidere experientia, num papaverinum illud ob vim ſuam ſedantem, hoc in morbo, aegro-

³⁷⁾ I. c. p. 287.

tanti a doloribus valde cruciato, ac a spasmis fere strangulando levamen afferre possit? Crederem, phlebotomiis nempe ante largis institutis, tincturam thebaicam gargarismatibus instillataim, aut externe datam, aut interne fomentationibus immixtam, dolores lenire, ac spasmos minuere posse.

§. - 8.

Majus vevo medicorum certamen fuit de opii usu in Pleuritis, pleuritide. Non meum est hic longius enarrare, et ratio- ciniis stabilire, ubi morbi sedes sit invenienda, aut perscrutiari, au vitium istud topicum diaphragmatis membranae, quae sensu latiori pleuron vocatur, inhaerent, ut jam olim DIOCLES, EROSTRATUS, ARETAEUS, AEGINETA, AETIUS, ASCLEPIADES, et C. AURELIANUS docuerunt, quamque disciplinam recentiorum auctorum multi et inter hos praecipue v. SVIETEN,³⁶⁾ qui vero, et musculos intercostales simul accusat, secuti sunt; quam vero sententiam cl. HUXHAM de HAEN, et alii palam rejecerunt; aut an BALLONII³⁷⁾ sententiae calculus sit adjiciendus, cui vero sua suffragia summus HALLERUS non denegat, an scilicet pleura immo pulmones ipsi afficiantur: et qui inde morbum pleuropnuemoniam denominarunt: neque in cel. SYDENHA- MUS³⁸⁾ mentem inquiram, qui morbi materiem sanguini inesse credit, quae simul specifico quodam modo pleuram et pulmones afficiat. Ego morbum ipsum non ejus sedem con- sidero. Gravioris pro nostro argumento momenti illud medicorum certamen est, an dolor iste crudelissimus pleuritidi junctus febrem creet, aut febre creetur? Cel. SYDENHA- MUS I. c. febrem semper dolorem istum pleuriticum pro- duce-

³⁶⁾ v. Svet. in Boerh. T. 3. ³⁷⁾ Observat. med. S. vij C. 3.

§. 877.

³⁸⁾ p. 165. ed. in 4.

ducere auctor est. En viri verba: Iam vero licet pleuritis, propriae illi atque specificae sanguinis inflammationi, quae eam, quando affectus primarius existit, producere solet, originem suam debeat; per accidens tamen aliis febribus, quandoque supervenit, cujuscunque demum generis eae sint, ex praeципitatione scilicet materiae febrilis in pleuram, vel musculos intercostales. Eamque sententiam, dolorem nempe pleuriticum, febris effectum, minime causam esse, fecutus est cl. BOERHAVE, et magnus, magni magistri discipulus illius, SVIETEN, nam l. c. ait, semper fere febris acuta praecedit pleuritidem, saltem aliquot horas; unde clar. TRALLEES inquit, non est ergo dolor in pleurite causa febris, sed febris est causa doloris, dum haec lentum obstruens depositum in arteriarum apices, quod dein eas distendit et expandit, tantaque majori violentia, quo magis a tergo impetus sanguinis urget, qui increscens dolorem summum excludit. Auero nunc ideae tali doloris febrilis pleuritici respondet opium? Infra demonstrabimus, adesse interdum febres pleuriticas doloris effectus. Sed in isto casu, ubi dolor ut febris sequela, non ut causa est contemplandus, et quidem ubi idem dolor, ut SYDENHAMUS ipse vult, a materie quadam acri, quae naturae viribus, sanguine separata, ac ibi deposita est, opium non respondere solum ideae doloris febrilis pleuritici, sed convenire saepius et ad ipsam morbum debellandum requiri puto, ut ex ipsissimis TRALLEES verbis constat. Nam de intestinorum inflammatione differens, verum enim vero, ait, accuratissime hic animadversendum est, non saltem spasmum et dolorem inflammationem intestinorum natam comitari et sequi, sed et spasmum et dolorem inflammationem eorum fere semper praecedere, id quod omnibus possibilibus inflammationis intestinorum

cau-

causis solertissimis examinatis, liquido constat. Vbi vero dolor in corpore praecedit inflammationem et ejus causam constituit, ibi opium egregium est remedium, secus ubi res alter se habet, tum enim vere nocet. Quare nocet? dolor ille pleuriticus febrilis, febris effectus, et SYDENHAME auctore a materie acri, sanguine separata et metastatice ibi deposita, ortus, perdurabit, ac durante stimulo crescat simulque vehementiorem creabit et inflammationem et febrem, praesertim si partium istarum structura nimis sensili laboret aeger. Ego sane nescio quid celeb. TRALLES placuerit tantum, ut opiate in pleurite doloris sensui minuendo aduersari, in enterite vero conducere affirmet.

Omnia a doloris symptomatum vehementia, ac corporis structura dependere credo. Sive dolor febris causa sive ejus sequela sit, effectus unus idemque erit. Inde etiam SARCONE, vir de arte medica optime meritus, allegatis clarorum virorum opinibus ait: Mihi vero sufficit, dari pleurisiae genus cuius praeципua symptomata dolore exserantur; huncque effectum non causam inflammationis esse, quanto scilicet dolor bene vehemens atque pungens est. Quando autem dolor minori vehementia sentitur, atqne tectus manet, ac inflammationem sequitur, effectus est hujus atque symptoma. Qualiscunque demum iste dolor sit, pergit laudatus auctor, statim opium prescribendum est, nisi idem institutis et iteratis venaectionibus, plane cesseret. En ejus verba. Si quis vero, inquit, 39) opiate exhibere velit, illi sane audax quaedam prudentia opus est, quae nihil incipiat, nisi quod sedulae respondeat experientiae. Hac suffultus dicere ausim, prudenter agi, si repente propositum effectui detur.

Per-

39) §. 162. ed. germ.

22

Periculum enim, ac incertitudo hujus morbi, in primis a cunctatione, omnis autem ejusdem securitas, a properato usu est. Quando vero jam adest inflammatio et partes, secundum irritationis leges, spasmo atque plethora lacræ, afficiuntur, clarissime patet, calefacientia ac extenuantia remedia, his in vasis sanguineis contractis, nil nisi vehementiores dolores, gravioremque posse producere angustiam. Hinc luce clarius est, opati usum eo magis conducere, quo celerius ad eundem confugimus, cum idem virtutem habeat, inflammationem impediendi, quo minus erumpat, inhibendo scilicet irritationem, ex qua illam oriri oportebat, et removendo plane statum inflammationis. In hisce igitur casibus, ubi summa urget necessitas sic semper agere soleo. Repeto nempe intra paucas horas venarum sectiones et deinde audax, remedium ex papaveris succo paratum, dari jubeo. Absit, ut doctrinae sane solidae et experientiae, hujus de arte medica optime meriti viri sat ampliae, contradicam, scio enim, quam parva, quam cura mihi suppelleb, cum et erritatio, et experientia desint. Attamen non possum, quin adducam, plures cautelas in praescribendo pharmacum hoc, esse observandas, et non omnia, ut clarissimus auctor fadet a praepropero usu dependere. Extant plurimi casus, ubi non statim post largus venaesctiones opium porrigi potest, sive dolor ut febris causa, sive ut ejus effectus existat, ut infra probabimus. Optime mihi notum est, magnum illum Italum, non esse primum, qui tanta cum fiducia, tantaque cum securitate, de opii utilitate in pleuritide lecutus sit. Veteres enim jam dum in doloribus pleuriticis, opium mirandum in modum commendasse et ad pharmacum illud, tanquam ad asylum et unicum ferè auxilium confugisse scio, ut ARETAEUM, 40) SYL.

VOLUM,

40) Lib. de curat. morb. acut. C, 10. p. 91, seq.

VIUM, ⁴¹⁾ WILLISIUM, ⁴²⁾ WEDELIUM, ⁴³⁾ et inter recentiores, HUXHAM. ⁴⁴⁾ Adducere contra alios reipublicae medicae claros viros possem, qui longe aliter de opii usu in pleuritide dijudicarint, ut AMATUM LUSITANUM ET DOLAEUM, et inter recentiores praecepue, HOFFMANNUM, SAUVAGES, summum BOERHAVIUM et commentatorem ejus V. SVIETEN, quin immo SYDENHAMUM ipsum, qui, uti jam monuimus, sine opio nollet medicus esse, et artem medicam sine pharmaco hoc claudicantem vocavit, attamen in pleuritide serio admonet, caute et prudenter laudano suo utendum esse, nisi hoc scopum excedat meum, et in campum nimis amplum deducat, si omnes clarorum virorum opiniones, opii usui hoc in morbo aut faventes, aut eundem damnantes adducere velim. Paucis modo verbis sententiam meani de pharmaci hujus usu, in doloribus pleuritidis curandis complecti liceat. Vtique in casu sive dolor inflammationem creer, aut inflammatione hac creetur, papaverinum illud mox palliare, mox tollere morbum posse. Primo ad aegri constitutionem, vitae genus, corporis aetatem ac praedispositionem, anni tempus, morbi indolem ac stadium est respiciendum. Sic v. g. aegro, qui pulmones habet laxos, male affectos, habitum macilentum, siccum et valde irritabilem, laborat pleurisia a quaenque causa orta, sive materiali sive non, huic aegro eo magis opium convenire puto, si felicet adhibitis adhibendis, dolor non cesser, quia a dolore, partes has irritante et pungente, omnia sunt timenda. Cujuscunque generis dolor sit, facile orietur vehementior inflamatio, delirium, pervigilium etc. Alias in aegro qui plane, priori adducta afficiuntur, sive andini, sive tauri, sive hali idem obsecratur

⁴¹⁾ Prax. med. L. 1. p. 282.

⁴²⁾ Pharm. ration. Sect. 9. p. ⁴³⁾ Opiol. Lib. 2. S. 2.
102, ed. in 4. ⁴⁴⁾ Opp. Cap. de pleuris. p. III, edit. Reichel.

24

tur corporis dispositione, excepta irritabilitate, et cuius pulmones pituita oppleti sunt, cura mutatur. Sicque plerumque curatio varia est, varia secundum morbi causam, temperamentum, et sic porro. Summi SVITENII vero objectio, quod ab opio sumpto, causa doloris non tollatur, mihi nulla esse videtur. Nam anodynum illud nervos tantummodo hebetare debet, ne dolor a qualicunque causa ortus, alios saeviores et perniciosiores, machinam humanam destruentes, producat effectus. Saepe vero etiam morbus plane opio tollitur, ut in subiecto nimis sensili ac irritabili, quando doloris causa unice in corporis structura praeternaturali later. Sed post παρεδον ampliorem ad id, unde diverti redeo, scilicet ad inchoandam curam. Perpendendis circumstantiis modo dictis perpensis, tunc venaectiones largae, eucurbitulae ad locum affectum, clysteres et remedia antiphlogistica sunt adhibenda; saepius accidet, ut hisce remediis symptomata, simulque morbus mitigentur. At vero, si dolor adhibitis his medicaminibus, non cesset, tunc opium, cum aliis remediis his inservientibus, est dandum; ut ill. PRINGLE in suo libro quem toties, tantaque cura, tanto cum fructu perlegi, opium quidem in pleurisia locum habere posse, auctor est, si circumspecte et caute detur, quando v. g. materies quaedam in pulmones translatas, et ibi irritando dolores istos cruciantes producit, attamen novos in arte medica cautos esse monet.

De morbi stadio adhuc quaedam dicenda. Non est quod moneam, ea omnia quae supra posui de primo morbi stadio esse accipienda. Alia oritur quaestio an pharmacum illud, secundo morbi stadio, ubi naturae viribus per sputa solvitur morbus, conducat? Divus ille senex Crous, pleuriticos ait, quantum fieri poterit, a somno arcendos esse quia

quia quum per somnum, vis animalis sopiatur, et voluntariae actiones intermittentur, ac quiescant, nec pleuritis per sputum purgari, nec materies resudans excreari possit, sed intus remanens, difficultatem anhelitus adaugeat, viam spiritus crassitie et viscidity obstruens, quae mala nusquam, nullaque ratione evitari possint, quam per tussim, quae ex naturae imitatione, per motum animalem compleatur. Hippocratica asserta in genere vera esse nemo est qui dubitet. At quaeritur si sputa a spasmo, refrigerio, aut ab ipsis pervigiliis supprimantur, an modica opii dosis ad ea revocanda conducat? Audiamus ideo summum BOERHAVIUM, qui tamen alias in opii applicatione, cautos esse medicos jubet. Si autem, ait⁴⁵⁾, morbus iste per sputum jam expurgari cooperit, incipit suppressum id habere, statim summa ope nitendum, ut iterum id prodeat. Talia remedia sunt, pergit laudatus auctor, assertis causis, quibus ea supprimi possunt, et quae sedulo quaerendae sunt, medicamenta leniter resolvendo antipyretica, ut est stibium diaphoreticum, cum nitro fixante, leniter opiate etc. Plane vero absit, ut credam quod omnibus pleurisae doloribus, sive inflammationis causis, sive sequelis, opium conveniat; nequaquam. Saepe, et saepius, quam putes, accidit, ut longe alia ad dolores dirimentos requiratur cura, ea propter monitum velim, ut rem valde perpendas, antequam ad pharmacum hoc confugas. Verum est, divina fere ab opio exspectari posse, si recto casu ac determinato tempore, remedium hoc sopiens aegro porregas, simul vero adhortandum, funesta ac vix ullo modo emendanda fore vitia, si sinistre applicetur. Pulchre monuit immortalis BOERHAEVE, si nunquam, inquiens, dandum et opium nisi

⁴⁵⁾ V. Svet, Comment. T. 2. §. 864 seqq.

nisi quando scimus nos dedisse remedia, quibus sublatus fuit
nimius morbi impetus, aliter opium nos semper fallit, ut
accidit multis medicis in pleuritidis cura.

*qui maius respondebat medicis in pleuritidis cura non
consupit alii opium.*

§. 9.

Gastritis,
Enteritis, et
Ileus.

In Inflammationibus infimi ventris minus acriter de opii applicatione disputatum est, omnes fere unanimiter consentiunt, pharmacum illud sedativum plurimi, his in inflammationibus commodi esse; BOERHAVE, V. SVIETEN, PRINGLE et maximus opii adversarius, ccl. TRALLE, organum hoc his in morbis egregium vocarunt remedium. Verum, papaverinum illud in inflammationibus infimi ventris saepe plurimum posse nemo est qui dubitet; omnem puto navandam esse operam, ne a doloribus istis valde urgentibus pertinacissimis ac crudelissimis augeatur inflammatio, gangraena producatur et miser enecetur: attamen nescio cur omnes clari viri, et ipsimet ii, qui alias vel plane non, vel tremula manu opium porrigi svadent, hic uno quasi ore opium praescribendum conclamat, quasi specifici quid pharmaco huic contra hasce inflammations insit? Noli vero tibi perswasum habere, huic inflammationi, qua rali, prae aliis opium convenire; nequaquam. Ratio eur omnes in inflammationibus imi ventris opii usum svadent, longe est alia. In enteride, et plurimis ejusdem generis malis, ad symptomata morbum hunc concomitantia, quae aliis inflammationibus raro vel nunquam adstant, debellanda papaverinum hoc requiritur. Vomitus illi semper morbum concomitantes, spasmi intestinorum aegrum valde cruciantes, morbum magis imagisque aggravant; en, uti credo, causam, cur tanta cupiditate medici in hujus inflammationis specie ad opium confugint, ita ut non inflammationis jam natae, sed vomitus ac affectuum spastorum causa por-

porrigatur. Hinc oritur quaestio, cum ex morbi decursu pateat, inflammationem quam celerrime in gangraenam veri atque alvo adstrictae morbum fere semper concomitani, papaverinum faveat; annon rationabilius opio abstineamus, praesertim, cum alia efficacia remedia antispasmodica in usum ducere licet? Caeterum non possum quin adducam, multa aliquando a pharmaco hoc expectanda esse, adhortari modo velim, ut perquam cautus sis, et ne omnia fecisse putas, si dolores sublati sint; nam ipsa subitanea doloris cessatio, certissimum gangraena signum est. Inde monet summus SVIETENIUS, ut quam accuratissime rem perperdamus, cum alioquin, ait, contingere posset, ut per opiata sopito doloris sensu, inflammatione destrueret, gangraena nata, partem affectam.

Variae sunt nephritidis causae, laesiones externae, ex Nephritis calcretiones sanguineae suppressae, et sic porro. Cum fere cura culosa, eadem est, ut in aliis inflammationibus, omittam haec, tantummodo ea de nephritidis specie, quaedam dicenda, ubi calculus unice inflammationem creat. In nephritide calculosa, sive lapillus renibus ipsis, sive ureteribus inhaereat, et mole sua vel aspera figura, partes vivas afficiat, nervos valde irrijet, varios producit effectus. Inde dolor iste acerrimus, spasmi aegrum valde cruciantes, difficultas mingendi, testiculi retractio, horror totius corporis, anxietas circa praecordio, immo saepe colica convulsio, epilepsia etc. Omnia itaque in nephritide curanda calculosa, eo respiciunt, nt nervos dum stimulantur, producentes symptomata obnubilemus, ea propter, omnes qui in artis exercitiis consenserunt, opium commendant. Sane nemo inficias ibit, ullum in toto

D 2 me-

28

medicamentorum panario, esse remedium quod huic morbo magis opio conveniat, valde errant ii, qui diuretica porrigit copiosa, ut v. SVIETEN l. c. monuit, dum ait: Plures autem in illa opinione sunt, ac si diuretica acriora conducerent ad promovendum calculum per ureteres in vesicam: quatenus copiosiori urina secreta, calculus propelleretur. Verum urina per tenuissimas et numerofissimas fistulas renales secreta sensim depluit in pelvem, et ureteres, neque ab acerimis etiam diureticis aucta haec secretio unquam efficere poterit, ut urina motus accelerati impetu calculum protrudat; nocent autem quia acri stimulo, febrim et inflammationis comitem augent. Si nimia fvatet, cl. BOERHAVE, symptomata doloris vel convulsionis urgent, opiate prosumt. MEAD emollientia et remedia anodynæ, et inter haec præcipue opiate commendat. Non aliter FREIND, SYDENHAMUS, et YOUNG, qui omnes ad saeva ista symptomata debellanda ad opium configere auctiores sunt. Si itaque inflammatio jam orta, venae sectionibus, cucurbitulis*) siccis proxime ad locum affectum appositis, cataplasmatibus anodynæ emollientibus ac remedii antiphlogisticis est minuenda, et si dolor non cesset, statim tam externe quam interne, opium porrigi deber, ut symptomata diriora evanescent, simul vero constrictio vasorum tollatur, et calculus, si ureteribus inhaerent, ad vesicam transferatur.

*) Praecipue cucurbitae siccæ plurimi momenti sunt si calculus ureteribus inhaerent. ALBRECHT G. de Ischuria, narrat ex Cardiano, medicum hispanum, qui frequenter ac acerrimo laborebat dolore ex ureteris calculo, quo quoties ur-

geretur, cucurbitulas siccas secundum ureteris duetum applicari jussisse, sive calculus ex ureteribus in vesicam felicissime duxisse, et in aliis eodem malo affectis et idem ipse fecisse frequentissime.

§. II.

In rheumatismo acuto inflammatorio mirifice de opii Rheumatis applicatione inter se discrepant auctorum opiniones; STAHL et ejus discipulus cl. JUNKERUS, quamquam alias pharmaci hujus usum plane contemnunt, tamen quod quidem valde miror, in doloribus istis sopiaendis opiate svadent. Non aliter sentiunt BALLONIUS, de GORTER, HOFFMANN, qui unanimitate opium admittunt. CULLEN (in Lect. on med. p. 335.) opium caute applicatum, plurimi momenti esse credit, attamen addit vir celeb. in morbi decremento, auxilium ab eo est perendum, in incremento autem, nocet. Huc respiciunt sequentia cl. WITHERS: sub initium aut circa medium paroxysmi regularis inflammatorii hujus morbi, opiate dari absque summo aegri periculo, nequeunt, at circa finem paroxysmi, maximam eadem utilitatem praestant, dolores scilicet minuendo, quietem juvando, et morbi durationem breviorem, reddendo. Sunt, qui organi hujus applicationem plane damnent, ut BERGER, TRALLES, YOUNG, in primis vero SYDENHAMMUS, qui, si res in contentionem veniat, nimur auter est habendus, totam fere curationem in *solone* largis consistere; quamobrem, ait ill: vir; utut saeviat dolor, per omnem hujus morbi decursum, religiose mihi ab his temperandum existimo. Non possum quin sententiam cel. PRINGELI adducam, qui tot a rheumatismo liberavit miseris, et ne ullum opii granulum in auxilium vocasse, confitetur. Quamquam morbus iste febrilis plerumque a transpiratione suppressa originem dicit suam, et pharmacum illud sedativum, simul ob vim diaphoreticam, doloribus rheumaticis congruere videretur, attamen nunquam vel raro paregoricum exhibendum credo, quia, ut jam celeb.

SYDENHAMMUS monuit, morbum figat, et *avainyniam*
praestare valeat. Plurima denique auctorum suffragia eo ten-
dunt, quod fere semper noxas, raro auxilium inferat. Ill, BAL-
DINGER, in praeclaro libro, qui Feldkrankheiten einer Ar-
mee inscribitur, (p. 251.) ex quo sat viri sapientia, et doctrina
sane solida elucefecit, multos se rheumaticos sanasse, neque vero
pauxillum opii praescripsisse narrat: quid, quod cl. TISSOTUS
plane opii usum vetat. En ejus verba: Les douleurs redou-
blent ordinairement pendant la nuit, et l'on donne des remedes
pour faire dormir, mais fort mal - à - propos. Ils augmentent
très réellement la cause du mal, et détruisent l'effet des re-
medes. Souvent même ils augmentent la douleur, bien loin
de la calmer. Ils conviennent si peu, que le sommeil mê-
me qui vient naturellement dans les commencemens de
cette maladie, est à charge au malade. Ils ont au moment,
où ils s'endorment, de violens tresfaillemens son soubre-saults,
qui les réveillent douloureusement; ou s'ils dorment quelques
momens, les douleurs sont plus fortes au reveil.

§. 12.

Variolae. Transeo ad curationem variolarum, et quidem ad opii
usum, hac in febre variolosa. In subigendo et curando hoc
morbo, generi humano pestilenti, medicina, tempore recentio-
ri, re quidem vera plurimum valuit. Quamquam Ara-
bes jam refrigerante utebantur diaeta, et multum in me-
dendo his morbis profuerunt, tamen pauci fuere, qui me-
thodum inveteratam, ac nocivam, cum saniori et purgatio-
ri commutare ausi sunt. SYDENHAMMUS, ni fallor, pri-
mus fuit, qui viam demum sterneret. Nunc non amplius
calore fervido ac vestimentis strangulatur miser. Taceo de
inventione fere divina, variolarum insitione, quae quam-
quam

Quam scriptis tam multis, et experientia clarissimorum viorum sat ampla, defensa est, attamen ut ill: TRALLEs ait nondum antiquata parentum amicorumque praejudicia deleri potuerunt, quae sepe invento inromparabili, commodis publicis adoptando, opponunt. Pulcherrime quidam seculi decimi octavi philosophorum, monuit dum praejudicium pejus peste esse ait, radicibus evulsis, immo extirparis, nihilominus detrudi non posse; nam nutrimentum ex aere fugere. Et certe, nisi cheu! loquacitati insanissimae alicujus matronae aut avunculi, semper generi humano perniciosissimae, sed potius theoriae perquam fanae, et consiliis, tot clarorum virorum experientia suffultis, obtemperemus, plurimum noxae ex foro medico detrudi posse credo — Ad debellanda saeva ista symptomata, variolas concomitantia, omnes fere auctores unanimiter opium collaudant. Magnus noster SYDENHAMMUS medicamenta paregorica in variolis specificie agere affirmat, et opium hoc in morbo eadem praestare, quod cortex in intermittentibus. Idem sentit clariss. FREIND, cum pharmaceutum illud divinum vocat remedium antivariosum. Nec germaniae desuerunt medici qui opium in morbis variolosis magnopere laudarint. Germaniae decus immortalis WERLHOF, allegatis variis Angliae, Italiae, et Nostrorum Medicorum celeberrimorum opinionibus, quisquis, ait, ⁴⁶⁾ ubi opus est, aliis ad variolas remedii, laudani SYDENHAMIANI, vel unicum guttam, vel plures, pro ratione symptomatum virium, aetatis, singulis quatuor horis, prudenter addere novit, is magnum fane pro felici et tranquilla, et tolerabili morbi medicatione habet subsidium; et alio loco: si quid in cohaerentibus et impense confluentibus juvare adhuc possit, certe omnia ab opio esse exspectanda. Adhuc plures, ut MEAD,

MOR-

⁴⁶⁾ Diff. de variol. et anthrae. p. 97. Not. 109.

MORTON, HUXHAM, V. SVIETEN qui, omnes organum
 hoc sedativum, in affectibus illis spasticis et dolorificis valde
 laudent, et ut loco omnium celeberrimum TRALLES nomi-
 nem, qui, quamquam in febribus, et morbis inflammatoriae
 indolis, opii usum plane fere contemnit, hoc in febre non
 lubentissime concedit modo, sed manifeste ait: quamvis vero
 probatum dederim, istiusmodi febribus, neutiquam convenire
 opium, tamen profiteri debo, singulares fructus, illi legi-
 time usurpato, tribuere in curatione variolarum; et paulo
 post: quamquam ego opium nunquam saltem per lusum, et
 jocum, et sive manifesta indicatione adhibere solitus sum; ta-
 men semper expertus sum, morbum, dato hoc anodynō, placide
 magis progredi, et ad finem suum vergere. Quamquam uti
 et ego expertus credo, dum in Clinico, quod Goettingae, ducu-
 STROMEYERI, praceptoris mei aeternum summe deve-
 randi, floret, plures aegrotos, sat sanabilibus, sat etiam gravi-
 bus laborantes variolis, et vidi, et ipse sanavi, ac ne ullum
 quidem opii granulum adhibui, tamen non possum, quin
 confitear, opium huic morbo convenire. Quaeritur ideo cui-
 nam febris stadio an inflammatory an suppuratorio congruat
 opium? Clarissim: de HAEN 47) ita loquitur: Si uspiam
 opii, ac paregoricorum immensa laus est, est saltem in vario-
 lis, dedi id aequa in leviori morbo, quam in graviori; aequa
 in levissimo, quam in gravissimo, idque a prima eruptione,
 ad exsiccationem usque. Variolae denique, aliquibus de opii
 laude immixtis, pergit laudatus Auctor, si exspectatae non
 prodeant, si inflammationis suppurationisque stadio subter-
 fugiant, si auxietudines, si peripnevmoniam, si anginam minen-
 tur, has una cum aliis auxiliis mitigant et curant. Sane
 mihi sanctum summi yiri judicium est, attamen nimiam lau-
 dem opii usui in variolarum cura tribuisse credo. Si vario-
 lae

47) rat. med. p. 2, C. 3, p. 42.

iae non pullent, causa proxima in vasorum subcutaneorum spasmo latere potest, qui ab irritamento materiei variolosae effectus dependet, praecipue juvocati in corpore, quia major adest sensibilitas, hinc derivandi sunt dolores isti acerbi, qui in partibus, ubi materies acris variolosa secat, producuntur. Huic aegro aliquot guttulae laudanis ~~s v D E N H A M M I A N I~~ aut plures pro ratione symptomatum aeratis, ac aegri constitutionis ad variolarum promovendam eruptionem conveniunt. Vnde cl. FREIND, vides, inquit quam mira praestiterit calidior (siquidem talis opii quantitas vere vim possideat calcificantem) paulo medicina, si cuni judicio adhibetur variolarum tempore ubi non satis proruperint, et WERLHOF l. c. de variolarum studio inflammatorio differens, satisfaciunt, inquit, opiate; indicationi impediendi dolores, auxietates, spasmos, quibus vires prosteruntur. Non ita, si eadem causa, ab aliis longe diversis oriatur causis remotis, a bile, plethora, materie syphilitica, scrophulosa, colluvie primarum viarum, vermes, 48) hic opium non conduceat, dolores et spasmi tunc demum evanescent si eorum causa sublata est, excipe si statim causa efficiens ipsa, corpore ejici non possit, vide supra cap. de Pleuris, hic opium palliationem praestare valet. Ast in subjectis nimis sensibilibus, remota causa efficiente, impressio saepe in nervis remaneat, praecipue quando dolor jam per longum temporis spatium perduravit, en aliis morbi statim motu, velco amico, rorat, neantur, omnia citatus

48) In supra jam denominato clinico infantem variolis catharratis immittit plechis laborantem, variis affectibus spasticis, pruritu naruum, dilatatione pupillae, stridore dentium, etc. cruciari vidi, cum ex ipsis denominatis et aliis symptomatis vermes incipa esse

argumentarer, statim clystres ex lacte paratos injici justi, quodque opinio me non fefellerit; eventus testatus est, mam emiso clystmate, vermes exierunt, adhibitis simul cum aliis remedii morbo inservientibus, symptomata evanuerunt, et statim eruptio facta est.

M
B

tus qui opii usum requirit. Non possum quin adducam, quod, remoto jam impedimento eruptionis, narcoticum illud pro- sit, tametsi nulli dolores adsint, uti sagax SYDENHAMMUS rite monuit; tantam enim vim in promovendo variolarum eruptionem opio tribuit, ut serio medicos adhortatus sit, statim, allata impedimenti eruptionis causa, ad opium confu- gere, nam motum illum perturbatiorem, qui adhibitis eva- cuantibus in machina producitur, sedat, et efficit ut morbus ad exitum faustiorem declinet. Pro re itaque nata papaveri- num illud in inflammatorio morbi stadio, eruptionem promo- vebit, febrimque simul mitigabit. — An vero stadio suppu- ratorio congruat narcoticum, ut SYDENHAMMUS, de HAEN, WERLHOF et alii svadent? Si putredine inquit cl. YOUNG massa sanguinis soluta sit, opium nocet. Non aliter celeb. TISSOT; Les remèdes, inquit probus vir, anodins qu'on emploie généralement, mais que je n'emploie presque ja- mais, et dont j'ai prouvé tout le danger dans cette même lettre a M. HALLER. Absolument on doit sur-tout les bannir dans le tems de la seconde fièvre. On cas dans le quel, il est permis quelque fois de les employer, c'est pour les enfans foibles, ou sujets aux convulsions chez les quelles l'eruption se fait avec peine. Nolo inhaerere clarorum vi- rorum opinibus et sententiis. Duo modo habeo, quae iis opponere ausim, qui pharmaci hujus usum in stadio suppu- ratorio plane damnant. Inter omnes constat, febrem suppu- ratoriam in corpore hoc morbo laborante non semper sim- plicem, uti theoria haec contemplatur, e contrario, cum in- flammatoria implicitam, existere, nam si faciei variolae jam in suppurationem vergant, tum pectoris et lumborum non- dum evolutae sunt unde cl. ROSENSTEIN, quamquam spi- ritum vitrioli loco narcotici commendat, tamen usum in se- cundo

cundo morbi stadio ad dolores lumborum eruptioni obstantes admittit. Sed in extre^mo tempore ubi primum stadium jam peractum est, tamen opium ad coctionem et maturacionem abscessum conducere potest. Experientia nos docuit, opium febri putridae conducere, et si anodinum hoc in connubio spiritus vitrioli praescribimus, tunc simul duobus indicationibus satisfacere possumus.

§. 13.

Superfluum fere esse puto de organi hujus usu in morbillis eloqui, cum plurima quae hoc in capite dici possint facile ex praecedentibus sint derivanda. Pauca tantum. Sunt qui anodynum illud ea propter usurparunt, cum uti nemo facile ignorat, ex tussicula neglecta, morbum fere semper concomitante, affectus quidam pulmonalis, immo saepe phthisis oriri solent. Magna vero ex parte simul cum exanthematis desquamatione evanescunt, praeterquam in aegroto male curato. Sed raro opium requiri credo. Saepius a neglecta evacuatione hoc symptoma originem dicit suam. Sic ego ipse casum sum expertus. Infans qui ante morbillis laborabat; Cumque res negligeretur, tassicula aggravabatur sicca et vehementiori, quo, die, plurimum vero nocte angebatur, appetitus erat prostratus anxietas circa praecordia. Sed his contembris, symptomata diriora oriebantur, immo ni fallor febricula accessit vespertina, sed aliquibus haustis purgantibus antiphlogisticis, spiritu mindereri immisisti, brevi tempore instans ad priorem rediit sanitatem. In subjectis qui pulmonum habent structuram teneram, irritabilem, ad inflammationem dispositam, vel jam ulceribus labefactatam, opium ad irritum minuendum praescribi possit, si circumstantiae rem admittant.

E 2

§. 14.

Dolor. Optime sane de genere humano meritus est is mortali-
um, qui primo vires opii sedativas enucleavit, et praestan-
tissimum hoc antiphlogisticum ad dolores sopiae adhibere
docuit. Nullum in toto agmine medicamentorum adest re-
medium, quod, si aliter rite accurate ac justo tempore dex-
tre applicatur, tam celere et securum, afferre possit auxilium.
Sed ubi nihil in rerum natura, simul est et inventum et
Medicinam perfectum, hic etiam certe medici saepius opium sine ullo
aegri emolumento, immo maxima cum noxa usurparunt, an-
tequam viderent, quibusnam doloribus aut conveniat, aut
ob sit. — Opium dum dolores minuit, simul ejus causam
tollit aut palliationem praefat, ideo sequitur causam doloris
esse inquirendam, antequam certi quid determinemus. Nam
quantum levaminis a narcotico justo tempore dextre exhi-
bito, oriri, tantum contra noxae afferre potest si sinistre ap-
plicetur. Causa doloris proxima una semper eademque est,
nempe talis nervorum dispositio, quae dissolutionem minitatur.
Longe vero aliae ejus occasioales, quas rite cognosci necesse
est, antequam remedia ad eum tollendum adhibeamus, dum
nempe singulae causae singula poscunt medicamina. Sic Ple-
thora, vermes, materies quaedam corpore scatens, etc. dolo-
res excitant, vel unice nervis causa inhaeret. Duplex in-
de curandi methodus est, altera radicalis quae eo inservit,
ut doloris causam plane tollamus, altera palliationem praefat,
quam posteriorem, prior casus saepe admittit, nam si
causam efficientem statim corpore expellere non possumus
dolor persistit, et novi et vehementiores oriuntur insultus,
hinc inquietus vigiliae, convulsio. At vero quando opio do-
loris causa exhibendo, opus est, sequentia semper perpendi-
debent,


debent. Annon dum opium irritamenti actionem in nervos impedit, simul alia symptomata praesentia adaugeat, vel a sumto opio, novi creentur insultus, praeципue cum omnes alias claudat excretiones, excepta sola diaphoresi? Cum porro organum illud somnum producere valet, an somnus iste arte productus morbo conveniat nec ne? 3to, si narcoticum non morbi causam tollat, hac permanente, caute inquirendum, ne exspirata opii vi, dolor et morbus augeantur? 4to an causa doloris ipsa opii repugnet usui? 5to denique, an conduceat ut dolorem extinguamus. Si itaque in febre inflammatoria dolor dependens a nimia nervorum facultate, ablata plethora, adhibitis antiphlogisticis, perdurat tunc novam creabit et febrem, et inflammationem, ut unicum modo exemplum adducam, videmus illi tussi convulsiva, ubi purgatis primis viis, oritur a sensibilitate, status ille spasticus, qui nisi mox tollatur, tussim producat cruentam, adhibito vero opio, statim status spasticus cessat. Ex analogia itaque dijudicare possumus, quantum auxiliu hoc in casu ab opio exspectari possit. Plura specialiora superflua forent, cum ex praecedentibus facile concludere liceat.

§. 15.

Si omnes corporis nostri actiones et motus rite per pervigilium, gantur, ac exerceantur, sane etiam is, simul cum sanitate perfecta, somno gaudebit placido et tranquillo. Sin vero a quacunque causa, functio oriatur laesa, qua, continua iritatio sensori communis fit, certe inter alia simul somnum creabit intranquillum, perturbatum, immo denique plane nullum. Cum itaque, ut neminem fugit, opium vim possidet soporiferam, a medicis ad somnum producendum, praecipue in morbis et febribus inflammatoriis, ubi pervi-

F

gili-



gilium, non ultimum esse symptoma constat, est usurpatum. Sed cum tot experti sint medici, scopo minime excidere, et exoptatissimum auxilium plane deesse, imo mox inquietum, perturbatiorem, mox nullum opio creari somnum, tum denique parciori manu, organum illud praescribere coeperunt. Ast cum nemo inficias iturus sit, plures artis salutaris cultores, saepe maximo cum aegri emolumento opium adhibuisse, necesse est, certam corporis nostri adesse conditionem, certamque morbi indolem, in qua unice vim suam exserati soporiferam — Pervigilium corpori in est nostro ut, aut acuti, aut morbi chronicci, symptomata sed his non insistam, unice enim de pervigilio febrili, ut symptomate febris inflammatoriae loquor. Cel. v. SVIETEN causam pervigillii febrilis in majori tensione et impletione vasorum ponit encephali, quae inflammationem creet, certus enim, uti credit, ac determinatus capitis vasorum impletionis et tensionis gradus, ad vigilandum requiritur, ex eorum nimia inanitione oritur somnolentia, et per vigiliū, ex praeternaturali repletione, estque ejus cura aut radicalis, dum morbi causa tollitur, quae remediis antiphlogisticis obtinetur, aut palliativa, quae fit ex variis ibi recensitis remediis, opii usum vero damnat, dum inflammationem cerebri ibi adesse auctor est. Nolo inhaerere sententiae hujus de arte salutari optime meriti viri, quamquam nec theoria, nec experientia probatum est, causam pervigillii, ut symptomatis febris inflammatorias, in majori vasorum encephali tensione et impletione, indeque nata inflammatione latere. Verum sanguinis orgasmum et impetum versus caput, ut et auetum humorum circulum in encephali vasibus, vigilias excitare posse, nemo est qui negat. Sed ingens oritur quaestio, annon instituta cura antiphlogistica,

tica, durante pervigilio modica opii dosis, ter quaterve post longa intervalla repetita, dum soporem inducit, levamen afferat, praesertim cum sat notum sit, a pervigilio, febre in et ipsa morbi symptomata, in pejus ruere. Miror quod cel: v. SVIETEN opii usum damnet, cum tamen summus BOERHAVIUS ipse, statim post venaectiones ad inducendum somnum cum fructu dedisse se affirmer. Ex ipsis finis cl: SVIETENII verbis, opium vigilis conducere constat, nam ASCLEPIADEM, narrat frictione leni, adduxisse in phreniticis somnum, et adeo efficax hoc remedium credidisse, ut si nimium sit, lethargum afferre possit. Certe frictio lenis nervos ita demulcere valet, ut requies concilietur placida, nonne opii effectus idem? At non semper pervigilii causa febrilis inflammatorii, in circulo nimis aucto quaerenda est: nam in morbi progressu, saepe a nervorum nimia acuitate dependet, praesertim in subjectis nimis sensibilibus, quorum dispositio praeternaturalis, ipso morbo augetur, et huic casui, tantum opio auxilium ferri potest, quod malum etiam minime palliat, sed ipsas ejus radices evellit. Variae insuper sunt pervigilii febrilis causae, materies quaedam corpore scatens, quae sensorium commune et nervos afficit, vermes, saburra primarum viarum etc. quae omnia accurate inquirenda antequam remedia praescribimus: — Ast dolendum maxime quod, theoria senior, immo experientia accurrior, nos hic delituit, puto respectu vis soporiferae opii. Mox in alio subiecto, in uno eodemque morbo, eadem narcotici dosis, somnum inducit, in aliis impedit placidam requiem, ut sequens morbi historia, quam mecum communicavit ILLUSTRIS GOLDHAGENIUS medicus philosophus, praceptor meus pia mente sancte colendus, et pro ea, qua, semper in me usus est, benivolentia ut publice

F 2 46.0.1.2.1 juris



juris facerem; permisit, docebit, quantum nobis, ad perspi-
ciendam ac rite opii vim soporiferam, respectu corporis
animalis, determinandam, desir. Quidam laborans paraphy-
mosi, incisione a chirurgo facta, afficiebatur febre inflam-
matoria, accedebant dolores acerbissimi qui pervigilium
creabant perpetuum, ita ut is, qui circa aegrotantem occu-
patus erat ill. GOLDHAGENIUM accedens consuleret, qui
perpensis perpendendis, quod VIRTUS est acumen, remedia
antiphlogistica simulque opium adhiberi jussit. Instituta cu-
ra antiphlogistica nec dolores remisere, ac ne momenti qui-
dem somnum aeger capere poterat. Ideo dato ei granulo
opii uno, et symptomata perdurabant, iteratur, ac triplicatur
eadem dosis; sumta tertia dosis, ne sensus quidem ullius per-
cepit doloris, et febris remisit. Sed quoad somnum intra
duos dies, ne palpebras quidem somno gravatas sensit, et
contrario hilares laetusve et quasi furiosus evasit, et ut ani-
mi ipsius affectus propriis verbis exprimam, se adeo gau-
dere dixit, ut praelaetitia alium quemvis interimere opta-
uit. Sic tribus diebus affectus erat, tandem defatigatus,
quasi continuis vigiliis, in profundum somnum prolapsus;
confinis viginti horis cum dormisset, sanus expergefactus
est. En argumentum veritatis sententiae EUSTACHII. 49)
dicentis medicinam physicae esse partem apud quam po-
tius regnere conjectura quam ratio.

Progen et stoepis omni §. 16.
Delirium. PARACELSO, et theosophis illis, certe condonabis, cum
ad morbum vehementem ac letalem refraenandum, opium
in genere dedisse leges; Atar viros aliquin claros ut WE-
DELIUM, BONTIUM⁵⁰⁾ et plures, remedium idem delirii fe-
brilis

49) Apud MACROB Satur: lib. 7. C. 15.

50) I. c. L. 3. C. 14.

brilis auferendi causa empirica manu porrexisse, miramur stu-
pidi. Ridicule ac inepte foret, si delirii causam non per-
scrutati ad opium confugere decernamus. Variae enim sunt
delirii febrilis causae, variae secundum morbi genium, ac
indolem, ideo varia ejus cura et remedia, hinc requirun-
tur pediluvia, epispastica pedum et poplitum, clysmata,
diluentia, emetica, vanaejectio, victus antiphlogisticus, haem-
orrhoidum solutio, et levia anodyna, ut summus BOER-
HAVIUS moneretur. Ex dictis sequitur, causam in dirimendo
delirio esse perscrutandam. In febre mere inflammatoria,
duplex adesse potest causa, quae ideo sensuum organa lae-
dere valet, ut imagines insanae ac perversae creentur. Prior
est orgasmus sanguinis, circulatio nimis auera, hic venaesectiones
largae, nitrosa sunt exhibenda, posterior vero, nervo-
rum nimia sensibilitas et acuitas, quae opium admittit. Vnde
ait, amicus et fautor meus cel. MARX^s) vir de arte salutari
optime meritus, si delirium in febribus inflammatoriis ab
orgasmo sanguinis dependet, tunc venaesectiones et cura anti-
phlogistica est instituenda, at vero si delirium cum furore,
sensibilitate auera, insomniis ac cum summa animi perturba-
tione junctum est, tunc humorum copia et impetu ultra
modum minutis, blanda opiate sunt adhibenda, quatenus
enim opiate nimiam tollunt morbosam sensibilitatem, dul-
cem somnum, aut ad minimum placidam requiem procu-
rant. Non aliter maximus opii amicus cl. SYDENHAM-
MUS si aeger ait, in phrenitidem prolapsus fuerit, libera-
liori manu ad venaesectionem, clysteres, ac medicamenta re-
frigerantia me accingo, atque talibus remediis utens, aegrum
eousque sustinere conor, donec in diurnitatem aliquam ef-
fectus excurrat, quo tempore non admiodum difficile erit,

cum
Observeat, med. P. 2.



eum a morbo et a symptomate una eademque opera liberare, id quod fiet, dum narcoticum aliquod medicamentum exhibui; in incremento vero morbi semper nocet. Religiose itaque ab hoc abstinentum nisi aegrum cura antiphlogistica adhibuimus, tunc vero si delirium persistat, certi simus, a nimia nervorum sensibilitate dependere et statim svadente SARCONE sine ulla mora ad opium, tanquam ad asylum, confugiendum est.

§. 17.

Vulnera. Pauca admodum verba de opii administratione in easu chirurgico. In inflammationibus a vulnere ortis, maximo cum aegri emolumento, narcoticum a recentioribus est usurpatum. Hic unice inflammatio a laesione externa dependet, et omnia alia symptomata ut spasimus, dolor pervigilium et delirium ab irritamento est derivandum. Vnde celeb. c. A. RICHTERUS, praeceptor meus summe devenerandus, ait: Vorzüglich mindert der Mohnsaft die Wirkung des Entzündungs - Reitzes. Er lindert den Schmerz, die Hauptfolge der Entzündung, und hinwidrum auch die Ursache des Fiebers, und der Vermehrung des Fiebers, er besänftigt die heftigen und unordentlichen Bewegungen der festen Theile, die Gemüthsbewegung des Kranken, und stillt die Entzündungsunruhen so kräftig, dass er mit Recht den Namen des größten antiphlogistischen Mittels verdient. Sein Gebrauch ist daher bei Entzündungen von äußern Ursachen allgemein, und nach Reinigung der ersten Wege, und verrichteten möglichen Aderlässen ganz sicher. Rite inonuit clar. archiater purgatis ante primis viis, nam plerumque chirurgus hacce nihili facit, venaectione instituta, et nitrosis exhibitis, omnia se fecisse putat. Misér vero qui paulo

ante

ante omnia mixtim devorabat, et subito vulnere aggravatur cruciabitur, nisi axilium afferamus, febre biliosa, ideo alio loco inquit: Vorzüglich gesellen sich zu chirurgischen Entzündungen oft Ureinigkeiten in den ersten Wegen, welche theils von unverdauten Speisen; theils von verdorbner Galle herrühren. Die Gelegenheits - Ursachen der chirurgischen Entzündungen sind mehrentheils schreckhafte, und unvermuthete Unglücksfälle, die das Gemüth des Kranken erschüttern, und es mit Schrecken und Furcht für die Zukunft anfüllen. Bekantlich vermehren und verderben diese Gemüthsbewegungen die Galle, daher ist das Fieber nicht inflammatorischer, sondern zugleich galliger Art. Alia praeципue in vulneribus adest causa quae opium admittit, si nempe pars tendinosa aponevrotica laesa est, quae quamquam statu fano insensiles esse videantur attamen statu morboſo, acerbissimis doloribus, et spasmis, immo trismo conjuncti sunt, et ubi nil praeter vulneris dilatationem et opii usum ab instantे periculo liberare possunt.

Boerhaeua exultat exultat et audiebat mixta nunc est
et exultat exultat exultat exultat exultat exultat exultat
Ex BOEHMI, plenis plaudunt TIBI foras theatris
Nunc medica, et suminus nunc TIBI videt honos.
Quam meruit virtus debitam TUA maxima palman
Iam recipis: laudis haec modo digna TUAE.
Gaudia perfundunt pectus TIBI semper amicum,
Atque sodalitii corda devota TUI.
Vive diu felix, alter Boerhayius esto,
Sisque artis sanctae gloria summa. Vale.
Clarissimo AUTORI, Amico suo dilectissimo, Honores
Medicinas Doctoris gratulabundus potuit,
CAROLVS LUDOVICVS SALPIVS.

Melom. Theol. et Philol. Cult.

amplius curat obliterare sensim de

Corrigenda.

P. 2 l. 10. praesidium. 15 l. 10. auxilium. 16 l. 24. rem habere. 18 l. 6.
sclerophthalmia. 19. l. 4. interne datam aut externe. 22 l. 18. eueta. 25 l. ult. eff.


17 WA 1367

vol 18-3

881



B.I.G.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS
MEDICA
DE
RITE AESTIMANDA OPII
VIRTUTE IN FEBRIBVS
ET
MORBIS INFLAMMATORIIS

QVAM
CONSENSV ATQVE AVCTORITATE
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

IN
REGIA FRIDERICIANA
PRO
SVMMIS IN MEDICINA ET CHIRVRGIA
HONORIBVS ET PRIVILEGIIS LEGITIME OBTINENDIS
ERVDITORVM CENSVRAE SVBMITTIT

AVCTOR
B E N E D I C T V S B O E H M
BEROLINAS.

DIE XIV. DECEMBER. MDCCCLXXXIV.

HALAE
LITTERIS IOA. GOTTE, HELLERI.

